Jaworowſkim bendących, proſił mię przezeczony pan Balcer Na-
piorkowſki abym mu conſens swoy na to Woytoſtwo dał. Co iako
rzecz ſłuſzną na prozbę iego rad vczynilem maiąc zwłaſcza wzgląd

na sługy i zawdowania iego ktore po wszitkie woyny Woskiewskie
przy mnie bendąc podeymował, zacborowiącz mi się we wszitkim tak
iako dobremu y gotowemu słudze przystało. Dacie mu tedy ten swoy
consens y potwierdzam to Woytostwo wyszey pomienione, ze wszytki
mi dobrey do tego Woytostwa wedle przywileiu głownego należące;
mi, z dworem, folwarkiem, młynem, łąkami, rolami, folwarkowemi, tak
osiadłemi iako y nie osiadłemy, łąkami, stawkami, dzynszami, in summa
ze wszytkimi dochody, ktore z dawna do tego Woytostwa należą, tak iako
ie trzymał Urodzony Jan Modrzewski a po nim przezacny Fabian
Głodowski nic nie wyimuiąc. A ktore to Woytostwo pomienione, ze wszytkimi
dobrey do niego należącemi do żywota swego pan Balzer Napiorkowski
będzie dzierzał y onego odzywał. Dla lepszey wiary tego swa wola;
swą podpisałem y pieczęć przyciśnąć rozkazałem. Działo się w Za
moszu dnia dziesiątego miesiąca Lipca. Roku pańskiego Tysiąc
set piąctnego Osmdziesiątego y Osmego Jan Zamoyski Cancellarius
Tenens autem apud nos Lras Sisec quae sic inscriptae sunt, cum deinde sup-
plicatum nobis esset, vt quae a Commemorato fratre et Magco Joanne de Za-
moscie pro uice ipsius quod in Tenutam Sauorouian et Aduocatias ac
Scultetias ipsius Sabet, de Aduocatia ista Villae Nouae Jezowo consti-
tutis esset, ratum Saberemus, autoritateq3 et consensu nro Regio approba-
remus. Nos aquam et iustam Sanc petitionem esse iudicantes, vtramq3
eam rem quae in Lris istis continetur, tam vz concessionem potestatis
cedendi de Aduocatia prenominato Fabiano Głodowski factam, quá etiá

concessionem iuris aduitalicij Balthasari de Napiorkowski, vti in lris ysdem continet approbauimus, approbamusq3 ac in vtramq3 eam rem consentimus. Statuen et decernen, vt et lra ipsa ylluis et Magci Joannis de Zamoscie quae sibi mris inscripte sunt, et concessiones quae in illis continentur, tá potestatis eden quá aduitalitatis Balthasari de Napiorkowski donate vim ac robur debitum obtineant, neq3 in dubium vocari a quoquá possint In quoz fidem pntes manu nra subscriptas, sigillo Regni nri muniri mandauimus. Datz Cracouiae die Vndecima mensis Julij. Anno dni Millesimo quingentesimo Octuagesimo Octauo. Regni nri primo.

Sigismundus Rex.

Lauren: Gembiczki cedit bonis Naidaka, Joan: Orzelski

Sigismundus tertius rc Significamus rc Quia constitutus personaliter coram nobis et qdis Cancellariae nrae Generosus Laurentius Domanus Gembiczki Secretarius noster, Deordendo a iure et iurisdictione sua quauis competenti, et se suos successores ac sua omnia bona iurisdictioni nrae pnti quo ad actu sunc incorporan, sanus, mente et corpore existens, nó compulsus nec coactus, sed sponte ac ultro recognouit. Quia ille indeten literis consensus nri sibi a nobis super infrascripta pcragenda datis, de omni ac integro iure suo aduitalitio, quod sibi ad bona nostra Regalia Ducatus dicta, in Capitaneatu Costensi sita, a Sigismo olim Stephano Rege

antecessore nro competit et seruit Generoso Joanni Orzelski Capitaneo nro Costensi cessit et condescendit, illudq3 in personã illius transfundit et incorporauit, prout Sac sua presenti recognitione mediante, in dil sibi uiris pfati tam pro se quã suis Hozibus suis reseruando cedit, condescendit et transfert. Intromissionemq3 in Doc idem ius suũ iam ex nunc eidem Capitaneo Costensi dat et admittit per ministeriales vt moris et uiris est acceptandam. Quam quidem suam recognitionẽ nos in acta Cancellariæ nrã referri iussimus eandemq3 robur debitæ firmitatis obtinere debere volumus. Harum quibus sigillum Regni nri est appressum testimonio lrãrũ. Datũ Cracouiæ die Undecima mensis July. Anno dñi Millesimo, quingentesimo Octogesimo Octauo. Regni nostri primo.

Stio Sndi rd vt sup.

G Mart: Leszniowolski transportat inscription

Sigismundus tertius rd Significamus rd Quia coram nobis et apud acta Cancellariæ nrã personaliter comparens Generosus Martinus Leszniowolski de Oboriy Castellanus Podlachiæ et Capitaneus noster Falsorien et Losicien, à iure et iurisdictione sua quamq3 competenti recedẽs et se cum bonis et subditis suis, quo ad actũ presentẽ, iurisdictioni nrã prẽti incorporando, sanus mente et corpore exns, ultro, libere, palam, discretis et expressis verbis recognouit. Quia ille habita ab infrascriptis personis super prẽtia faciẽda concessione, inscriptione infrascriptã donatoriam sibi, per Gene-

rose olim Dorothee filie olim Generosi Alexandri Hinczа, consortis vero Gnosi Joannis Wodynski successores, bonorumq eiusdem olim Dorothee omniu facere; des super bona totalia et integra Virzeduczа Rusca Nadbuzna, Ladzka Mienczewa, Krolowicze Putkowicze, Sypki Mozerwo, Sodkowicze, et alia omnia in districtu Drohicien et Palatinatu Podlachie consistentia facta, ad acta Cancellarie nre presentia, transfert et transportat. Quibus eande suscipi et Cancellarie nre Actis inseri, cuius veris inscriptionis tenor sequitur et est talis. Actum in Castro Regio Drohicien Sabbato post festum Sancti Marci in Autumno. Anno domini Millesimo, quingentesimo Octogesimo Sexto coram Officio Capitaneatus Generoso Matthia Lobikowski Vicecapitaneo Castren Drohicien. Comparens personaliter coram Officio et actis presentibus Capitan Castren Drohicien Generosa et Nobilis Anna Sandzinska relicta olim Generosi Stanislai Sandzinski Succamerarij Drohic, Zophia relicta olim Nobilis Nicolai Kussel, Petrus, Martinus Smorzewszy nec non Zophia consors Nobilis Joannis Kossek, cum assisten et autoritate eiusdem mariti sui presati vti tutoris coniugalis, ad omnia infrascripta libere consentien, nec non Catherina consors Nobilis Cristophori Korowicki, cum assistentia et autoritate eiusdem mariti sui presati, vti tutoris coniugalis ad dia infrascripta libere consentien successores olim Generose Dorothee filie olim Gnosi Alexandri Hinczа consortis demortue Gnosi Joannis Wodynski, bonorumq morte eiusq Gnose Dorothee Hinczanka decedentis mobiliu et imobiliu legitimi et veri haredes, sani mente et corpore existes, non compulsi nec coacti sed animo bene deliberato, a foro et iurisditionibus suis quibuscuis Terrestribus proprijs et competen receden, huic vero foro et iurisditioni presti Capitan Castren Drohicien

quo ad actū p̄ntis inscriptionis duntaxat tantū, eiusq; totalem effectū
pertinet, se cum bonis et posteris suis omnibus incorporare et miscerā, palā
publicēq; recognouerūt et quilibet eorū suo ex interesse recognouit. Quia bo-
na totalia et integra Wyzeduesa, Russka, Nadbuzna, Ladzka, Mienezewo
Drolowiesse Putkowiesse, Sybki, Dzlozewo, Godkowiesse et alia ibi in
eo districtu Drohic et Palatinatu Podlachiae consistentia mobilia et mo-
bilia, hereditaria et obligatoria, ipsos recognoscentes post mortē olim Ge-
nerosae Dorotheae Hinczanka filiam olim Generosi Alexandri Hincza
consortem vero Gnosi Joannis Wodynski derelict, concernen et super
ipsos iure naturali successionis et propinquitatis deuolut, cū Curijs, ædifi-
cijs in eisdem bonis et villis supraexcensit existentibus, erect et con-
struct areis, hortis, pomerijs, agris, omnibusq; prædialibus cultis et incult
praedijs, campis, pratis, syluis, gajjs, borrecis, rubetis, apisterijs, mericis, aquis,
fluuijs, piscinis, fluminibus, eorumq; decursibus, litoribus, aggeribus, rippis, naui-
gijs, lacubus, præcensione piscium, paludibus, molendinis, et eorū emolumentis, me-
trebis, molendinatoribus, tum etiam cū subditis colonis possessionatis et imposses-
sionatis, eorumq; gadijs, ædificijs, omni substantia et paraphernalibus, eorum
censibus, datijs, dierum laboribus, iuuaminibus, poduodis, obedientijs, parvis ma-
gnis et paruis, pecoribus, pecudibus cornutis et incornutis in dictis bonis et
prædijs existentibus, cunctisq; et omnibus attinentijs et pertinen ad supra
dicta bona seu eorū totalem hereditatē antiquitus pertinen et adiacen, nullis
ibidem pro se exceptis seu exclusis, ita quod specialitas specialitati et specialitas
generalitati in nullo sibi derogari et contrarij videantur, ita lata longa et
circumferentialia, prout se hereditas bonorū supradescriptorū Wyzeduesa

Russa, Kadbuzna, et Laczka, Hinczewo, Drolowicze, Putkowicze, Sitk.,
ki, Mlozewo, Sodkowicze, et aliarū omniū vt p̄missum est in eo distrīctu
Drohic et Palatinatu Podlachiae vbicunq; consisten, in suis metis et limi;
tibus extenditur, cumq; eor bonorū omniū iure dominio, proprietate, pro;
pinquitate ac titulo hereditario, et cum vtilitatibus, fructibus, comodis, et obuen;
tionibus vniuersis, nihil iuris, dominij, proprietatis, propinquitatis, vtilitatū usu;
fructuū in bonis p̄dict̄ pro se et suis posteris reseruan̄ seu excipien̄ Magco
Martino Leszniowolski de Oborij Castellano Podlachiae capitaneo Lossi;
cen̄ re et eius succesoribus perpetuè et in æuum, pura, mera, sincera ac irre;
uocabili donatione dederunt, donauerūt, prout per p̄sentes dant, donat, miseri;
bunt, cedunt, resignant, æuiternis temporibus. Per ipsū Magcum Mar;
tinū Leszniowolski eiusq; succesores p̄dicta bona totalia et integra tam mobi;
lia quā immobilia, hereditaria et alia omnia quouis modo et iure post mortē p̄dictae
Magcae Dorotheae Hinczankea ipsos recognoscentes concernentia, modo p̄missо do;
nata, et perpetuè inscript̄, cum omni iure, dominio, proprietate, propinquitate, titu;
lo hereditario, omnibusq; et singulis vtilitatibus, fructibus, comodis et obuenti;
onibus nullis exapt̄ tenēn̄ habēn̄, vtifruēn̄ et perpetuis temporibus possidēn̄
cui iam ex nunc p̄dicti recognoscen̄ in bona p̄dicta totalia et integra dederunt
et dant, realem intromissionem cū pacifica possone, per nuntium generalem Regni
quemcunq; iam ex nunc ab officio p̄senti additum et deputatū. Debentq; ac
tenebuntur p̄dicti recognoscentes, seq; cum suis succesoribus inscribunt et obligat
de omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus, vbicunq; in Regno Poloniae, et
Palatinatu Podlachiae consisten̄, habit̄ et habēn̄, eundem p̄dictū Magcum
Martinum Leszniowolski Castellanum Podlachiae eiusq; vtmos succesoes

occasione prædictorū bonorū suprascriptorū sibi modo præmisso perpetuè donatorz
et inscriptorz post datam et admissā concessamꝰ eorum intromissionē et pacificā
possionem, ab omni impetitione iuridica et extrauridica, omnibusꝰ damnis, minusꝰ
impedimentis, per se seu propinquos consanguineos et affines facē et illat nec
non ab omnibus iuribus, et gratꝛ omnibus inscriptionibus prioribus et posteriorib⁹
debitis, vinculis, reformationibus, aduitalitatibus ni quemcunqꝫ sensum et formā
corā quibuscunqꝫ dēis et officio seu iudicio Regni et Dñagno Ducatu Lithua-
nie super bonis dict antea fact, recognit, faciendisqꝫ et recognoscen, ab omni-
busqꝫ citationibus, concitationibus, adcitationibus, inōtescentijs crēbus, exe-
quutorialibus in ꝑfata bona totalia seu partem aliquā eorz importat et
importan, lucris, perlucris, panis, damnis, vadijs, triplicatis, et quibusuis pro
cessibus iuridicis, in quocunqꝫ puncto et gradu iuris dependen nondū decisis
et in posterū per quempia instituen, super bonis ꝑfatis totalibus seu aliqua par-
te eorz impost et imponen, tons quons opus et necesse fuerit, tueri, defendere,
inberacdere, euincere, eliberare, pacificare, bonaqꝫ ꝑfata sibi donata pacifica
munda et libera semper et vbiqꝫ facere. Ita vt Dñagcus Martinus Leszno-
wolski Castellanus Podlachiæ vnà cum suis succdoribus bona ꝑdicta totalia
possit pacificè et quiētē sine omni impetitione iuridica et violenta, quarumuis
personarū propinquarū et remotarū, per oēs prascriones Terras, prout ad
quamlibet personā præscriptio Terris semper de iure spectat et pertinet, te-
nere et possidere, vbiqꝫ in perpetuū tanquā verus et ltimus dictorū bo-
norz vigore prēntis iuris sui perpetui dar et possessor, Et hoc sub damnis
Terrestribus simpliciter absqꝫ corporali iuramento, per ipsū Dñgcum Mart-
num Leszinowolski et eius posteros edicen et taxandis, Pro quibus

quidem dampnis ex quacunqꝫ causa et re succubit sisc predicti recognoscen, vel
eor successores, tam coniunctim et diuisim, quam etiam separatim et seorsiue
quod semper et vbiqꝫ p̄dictū Dnm Magcum Martinum Leßniowolski Castella-
num Podlachie et eius successor in libero arbitrio erit, et prout id sibi fari-
endū et instituen, de bonis suis omnibus tam mobilibus qua immobilibus hare-di-
tarijs, seu quocunqꝫ iure et titulo nactis et quesitis, in quocunqꝫ districtu
Regni et Magno Ducatu Lithuanie et alijs Ducatibus consisten, Tum de
fundis pecuniarijs et personis suis p̄dicto Magco Martino Leßniowolski
Castellano Podlachie vel ips successoribus ad officium seu Iudicium capitan
Castren Drohic pro quacunqꝫ die feriata seu non consueta iuridica seu
nō iuridica, publicata seu non publicata, nō expectatis quibuscuis terminis ci-
tare et euocare permiserint, vnà cum suis Ctis successoribus, ex tunc a
Ferris, districtibus, Palatinatibus, uiribusqꝫ suis ac prærogatiuis quibuscuis
proprijs, forosqꝫ proprio competen receden, illi vero foro et iurisdictioni
p̄nti Capitan Drohic, ad quam vnà cum suis successoribus citarentur, et ci-
tati fuerint, incorporan, miscean et subjcien cū omnibus bonis suis et
successoribus qui in bona succedent tenebuntur vnà cum suis successoribus, in primo
citationis termino tanquà peremptorio, quem sibi et suis successoribus perempto-
rium faciunt, stare, parere, respondere, ac pro dampnis p̄fat ex quacunqꝫ cau-
sa et re succubit et succumben, tam in parte qua in toto, ab eodem officio
seu Iudicio Capitan Drohic ad quod citabitur seu citati fuerint, cū suis
successoribus nō recedeñ satisfacere decretumqꝫ pati, et omne iudicatū susti-
nere tenebuntur et erunt astricti, Terminumqꝫ ipsu primū peremptori-
um et alios causæ subsequen terminos tum et solutione dampnorū, nulla re

exquisita, nec colore excogitato, negꝫ aliter negꝫ extraiudicialiter vera vel
simplici infirmitatibus, literis quibuscuis Regalibus, actione pro maiori, literis
vestrum expeditione bellica, incursione hostium, aura pestifera, conuentione gnali
vel particulari, Statutis quibuscuis nouis et antiquis laudat et laudan, de;
cretisꝫ Regiæ Altis quibuscuis, euocatione de terra, districtu, seruitio Reipub.
et militaris, absentia Regno etiam extra Regnu, legalibusꝫ quibuscuis im;
pedimentis non differen nec prolongan atꝫ se excipièn et quod absit inter;
regno minoritatesꝫ iudicum, nec se ad foru competens terræ excipièn, pro
damnis seu iniuria illata nõ traden, nec eandem iniuria per se vel alias quascuis
submissas personas illatam ignorantia ad quietatione mortificationesꝫ inscriptio;
nis, citationu, ac totius processus et ad euictione seu euictoes, tum et ad mu;
nimenta quæuis tam literatoria quã verbalia dilationem seu dillationeꝫ non
recipièn, à decretis quibuscuis tam in accessorio quã principali negotijs latis
et fact, nullas motioneꝫ cũ appellationibus facien, nec ad prosequen easꝫ
tam Iudicem quã partem à citationibus et conuocationibus accitan, mala
citatione intempestiua illiusꝫ positione, eiusdemꝫ citationis ac totius processus
causæue ignoran, nec Statuto illo quo cautum est, quod nemo tenetur, respon;
dere, nisi viso primo ministeriali vel eius relatione de posita citatione, ma;
la in lucro condemnatione, malo processu iuris, et perlucroꝝ ad iuramen;
tũ corporale super ignorantia processus et perlucroꝝ nõ euaden, euasio;
nibus præscriptionibus, fatalijs, progressibus, iuris suspensionibus, litis penden
tor reuersijs, peregrinationibus, quod absit captiuitatibus, inundatione aquaꝝ
fractione pontium, deuastatione bonoru per hostes, sublatione banitor
non expedièn, imo si quã habuerit, nulla ex causa valida seu debet

ac alijs omnibus exceptionibus, controuersijs, dilationibusq3 gñaltr omnibg
quotquot sint et de iure consuetudineq3 obseruarentur, iuxta omnibus reme',
dijs no vben, nullumq3 defectu prntis miserõis, pcitre citationis ac proce-
sus ex ea subsequut ipsi Dñio Martino Leßniowolski Castellano Podla
diæ vel eius succoribus obijcien. Imo si aliquis defectus aut vitium tam in
prnti inscriptione quã in processu curis deprehensi et inuenti fuerint, nihil quicq3
ipsis recognoscen et eor succoribus prodesse debent, pradicto verò Dñio
Martino Leßniowolski Castellano Podlardiæ et eius posteris nequaq3
obesse potexit, Quod si verò pradicti recognoscentes vel eorũ succores,
cupiam eas rerum quæ humana industria parantur, contra ipsũ Dñum
Martinum Leßniowolski Castellanũ Podlardiæ vel eius succores in au-
xilium sibi et causæ suæ iudiciario et extraiudiciale acceperint, et eo facto
damna pro quibus citati fuerint subterfugere, et euadere voluerint, id to-
tũ irritum et inane censebitur, cenerisq3 debet, totiensq3 damna ad soluend
irremissibiliter et de facto succumbent, succoresq3 sui succumbere debebunt, si
militerq3 et causam amittere debent, et succores sui debebunt, vñt solution
pfatorũ damnor prastare, à Officio seu Judicio ad quod citabuntur, no re-
cedẽ, sine quouis uxis strepitu vna cum suis succoribus tenebuntur, qui-
bus damnis solutis, vtiq3 prnta inscriptioni omnibusq3 in ea contentis sati-
facere tenebuntur et succores sui debebunt, toties quoties ad id iudiciale
attracti fuerint, vnà cum suis succoribus, Nulla ad pmissa dia pscriptione
Terri, diuturnitate, ac diuturnitate temporis, abusu inscriptionis prntis
obstañ, vna cum admissione praemissor, rescripto ex his adas recepto
ad qcta Terria Drodicien, vel alia qcta quæuis Regni authentica, ab-

scribia sua et statutis quibuscuis non obstante transferen et transducen.
Ex Actis Capitaneatus. Castren Drohic y Sptum. Quam quidem præsen-
tem inscriptionis transportationē nos admisimus, ac ratam habēn in
Cancellaria nra inscribi iussimus. In cuius rei fidem &c Datū Cracouiæ
die duodecima mensis Julij. Anno dñi Millesimo, quingentesimo, octuage-
simo Octauo. Regni nostri primo.

Nobilis Dyndi &c ut sup.

Idem transportat,

s.u. Sigismundus tertius &c Significamus &c Quia constitutus personaliter
coram nobis et dictis Cancellariæ nræ Generosus Martinus Lieszniowolski
de Oborij Castellanus Podlachiæ et Capitaneus noster Zatoriēn et Lo-
sicen a uire et uirisdictione sua quatenus competenti recedēn, et se cū bonis
ac successoribus suis quo ad actum præsentem iurisdictioni nræ præsti incorporan
et subijcien, sanus mente et corpore exns non compulsus nec coactus
sed sponte ac ultrò recognouit. Quia ille habita ab infrascript' perso-
nis super præsentia facienda concessione, inscriptione infrascriptā interciss
seu contractibus certi approbatoriā, inter se et Gnosa olim Dorotheæ filiæ
olim Generosi Alexandri Hinczа conortis vero Generosi Joannis
Wodynski successores, bonorumq eiusdem olim Dorotheæ omniū hære-
des factam, ad dicta præsentia Cancellariæ transfert et transportat
petijtq eandem suscipi et Cancellariæ nræ dicti inscri. Cuius porro

inscriptionis tenor sequitur huiusmodi. Actum in Castro Regio Drohiczi; en Sabbato post festum Sancti Marci in autumno, Anno domini Millesimo Quingentesimo Octogesimo Sexto, Coram officio Capitan Generoso Mathia Lobiterowski Vicecapitaneo Castri Drohic. comparentes personaliter coram officio et aliis praesentibus Castren Drohic Magnificus Martinus Leszniowolski de Abory Castellanus Podlachiae Capitaneus Losicien ex una, et Generosa ac Nobilis Anna Sandymirska relicta olim Gnosi Stanislai Sandymirski Succamerarij Terrae Drohiczien Lopdia relicta olim Nobilis Nicolai Kusel, Petrus, Martinus Sniadeuscky, nec non Lopdia consors Nobilis Joannis Kosek cum assisten et autoritate eiusdem mariti sui ipsarum vti tutoris coniugalis ad omnia infrascripta libere consentien nec non Catherina consors Nobilis Christophori Korowicki, cu assisten et autoritate eiusdem mariti sui vti tutoris coniugalis ad oia infrascripta libere consentien successores olim Generosae Dorotheae filiae olim Gnosi Alexandri Hincka co sortis demortuae Gnosi Joannis Wodynski, bonorumq mobilium et imobiliu legitimi et veri haeredes ex altera partibus, sani mente et corpore existentes, non compulsi nec coacti sed animo bene deliberato, a foro et iurisdictionibus suis quibus propriis et competen recedentes, suis vero foro et iurisdictioni prenti Capitan Castren Drohic, quo ad actum prenbis inserionis duntaxat, tantum, eiusq totalem effectu pertinet, se cum bonis suis omnibus mobilibus et imobilibus, successoribusq suis incorporan et innisteran, palam, publice q recognouerunt, et quilz eorum ex interesse recognouit. Quia literae ex-

tas pactorū quæ vulgo intercise nuncupantur de et super certis rebus et
conditionibus in eisdem literis intercise descript inter ipsas partes de data
in Drodzijn decima die mensis Octobris die actus Sesterni m anno nunc eux-
xenti, Dcclxxxmo, quingentesimo, Octuagesimo Sexto confectas, datas, mani-
busq ipsius Dlagū Leszniowolski de Oborij Castellani Lodiacie et Gene-
rosorum Arnolphi Hleborwicz Korzewski Vexilliferi Drodzien et Dliel-
nicen, Joannis Grotz Judicis Terrz Drodzien, nec non Lauli Krzyckowski
Dlartini, Petri Smorzewskich, Christophori Korowicki et Joannis Koszek
propriis subscript et sigillis nonnullorz ex eisdem obsignat ac munit vadio
Decem millium florz pro cuiusuis eorz interesse firmat, m omnibus earund
literarz intercise punctis conditionibus verbis essentialibus, paragraphis et
eorz adiectionibus, clausulis, capitulis, vadijs et ligamentis approbat, confir-
mat, ratificat, et omnes submissiones partes dicte, prout quamlzt earū
ad suppletū spectat sese cum suis posteris, de bonis suis omnibus mobilibz
et imobilibus supplere et satisfacere inscribunt, et quilzt eorz se inscribit
tons quotiens opus et necesse fuerit, Sub vadio Decem millium florz Lob:
merlin pecie cōmunis, Quod super quamlibet conditiōm in lris interise, de
script seorsim referre debetur. Pro quo quidem vadio seu vadijs, ex qua-
cunqs re et causa ac condicone in lris interise descript non expletū fuerit
bit sese pars parti cū suis posteris ad quodcunqs officium Capitaneale
Castren Drodzien, Dliélnicen aut Transen terre Dielsen, stare et
euocare permiserit, ex tunc citata pars cum suis successoribus (renūcia-
et se cum bonis et posteris suis omnibus renuncian foro Terri et alijs

nis̄dictionibus quibuscūq competēt̄ coram illo officio Capitaneali ad quod ei
tabitur, cui se cum bonis et posteris suis omnibus quo ad respondendū et sese
in toto nūstituēt incorporant, personalibus suis recognitionibus partes pfatae
ctraqs inscribunt et obligāt se et suos fidejores ad id faciendū onerāt, in
primo citationis primae termino tanquā peremptorio, quem et alios terminos eis
subsequēt̄ sibi et suis fidejussoribus semper peremptorios faciunt, stare, parere
respondere, rei decretae satisfacere, ab officio illo ad quod pars per partem
citata fuerit, non discedendo. Si vero in illo termino primo tanquā perē
ptorio pars citata non paruerit, et eius fidejussores nō paruerint, ex tunc in
lucro condemnari debebitur, nullis modis nec cautelis, ingenio et industria
hominū excogitat et adinuentis, neqs ullis dilationibus pro maiori ad mu
nimenta, ad quietationē, nisi forte ad acta Castr' Drohic. Conuentioni
bus generali et particulari, laudis nouis et antiquis, Constitutionibus, confir
dationibus, literis Regijs, decretis in simili latis tam Regiae Curiae quā
Judicioz. Tribunalis Regni, seruitio Reipub. legationibus extra et intra
Regnū, expeditione bellica, incursione hostium, incompetēt officij seu Judicij
varianū Judiciorū pscription, fatalijs et facti remedijs, neqs legalibus im
pedimentis, vt pote peste, fame, bello, vera vel simplici infirmitatibus, in
tempestatibus aquarū diluuio, raptura pontiū, ignorantiā citationis vel cita
tionū et totius processus, sera et intempestiua inordinataqs positione cita
tionis et iniuridica scripta, mala in lucro condemnatione eiusdemqs arresto
Ipsum primū terminū et alios eidem subsequēt quouis modo euadēt, nul
los denique defectus literis intercisae et inscriptioni primi approbatoriae

ac citationibus ad eandem emanat processuq̃s ad eam obtinen̄, obijciendo.
Renuncian̄ se m̄ super cum suis posteris omnibus appellationibus motionibus et
de prosequutione earund̄ et de grauamine seu non delatis protestationibus
seu adcitationibus ad eand̄ emanat̄, ac de male obtento processu actionibus
tam contra partem quam et officium ad quod tracti cum suis posteris ef-
sent, intentatis et intentan̄, euasionibus omnibus, uiratorijs et liberatorijs
Nec ea exceptione consueta sese tutando, Quaden̄ vadium volo miserom̄
satisfacere. Nec ea quod nemo ad impossibilia successores suos obligare po-
test, nec bis nec alijs quibuscuiq̃ dic non expressis nec specificatis, quae pro ex-
pressis et specificatis habere volunt. Imo quidcunq̃s sibi et causae suae m̄
subsidiu̇ assumere pars citata voluerit, eiusq̃s successores assumpserint, eo
ipso causam suā amittere debebit, hoc est vadium pati et soluere, quo et
quibus vadijs solut et m̄ exequutionē deduct, vtiq̃s bis intercise et
omnibus m̄ ea contentis satisfacere, pars parti debet et tenebitur, Nulla in
p̄missis praeiudicio Terrae obstante, bonis quons parti adiudicae opus et ne-
esse fuerit, Quam quidē inscriptionē p̄tem approbatoriā amba partes re-
scripto ex his dictis receptō ad dicta Terra Drodic aut alia quaecūq
authentica transferen et transducen̄ sibi m̄orem admiserunt. Super quod
memoriale officio solutū est. Ex dictis capitibus castri Drodic
usptum. Quam praemissae inscriptionis transportationē nos suscipi et
dictis Cancellariae m̄rae inscribi iussimus, Volen̄ vt robur suū iustum et de-
bitum semper et vbiq̃s obtineat. In cuius rei fidem &c Datū Cra-
uiae die duodecima mensis Julij. Anno dñi Millesimo quingentesimo

Dño Dño Dñdi vt sup.

Idem transportat,

Sigismundus tertius &c Significamus &c Quia constitutus personaliter vj.
coram nobis et actis Cancellariae nrae Generosus Martinus Leszno
wolski de Oborij Castellanus Lodlardiae et Capitaneus noster Tarsoriẽ
et Loszsoriẽ à iure et iurisdictione sua quauis competẽ recedẽ et se cũ
bonis ac succedoribus suis quo ad actum prẽtem iurisdõni nrae prẽti incorporan
sanus mente et corpore exns non compulsus nec coactus, sed sponte ac vltro
recognouit. Quia ille habita ab infrascriptis personis super prẽtia faciẽ
concessione inscriptionem infrascriptã condescensoriã seu transfusoriã, sibi p
Gnosa olim Dorotheae filiae olim Gnosi Alexandri Hinczа, consortis
vtrò Gnosi Joannes Wodynskei succedoris, bonorumq; eiusdem olim Dorotheae
om Sacredes factam, qua sibi de summa sedecem millium flor pecũ polonicae
cesserunt et condescendẽdũt ad Acta Cancellariae nrae prẽtia transfert et
transportat. Petitq; eandem suscipi et Cancellariae nrae actis inseri
Cuius vtrò inscriptionis tenor sequitur et est talis. Actum in Castro
Regio Drohic Sabbato post festum Sancti Marci in autumno. Anno
dñi Millesimo quingentesimo Octuagesimo Sexto. Coram officio Capitan
Generoso Matthia Lobilerowski Vicecapitaneo Castri Drohic Com-
parẽs personaliter coram officio et actis prẽtibus Capitan Castren
Drohic. Generosa et Nobilis Anna Bandzinska relicta olim Gnosi

Stanislai Sandzinski Sucramerary Drohiciē, Zophia relicta o
lim Nobilis Nicolai Kusel, Petrus Glarinus, Smoleūsciy nec non
Zophia conjux Nobilis Joannis Kozbok, cum assistentia et autoritate
eiusdem maritj sui pfati, vti tutoris coniugalis, ad oia infrascripta libe;
re consentiēn nec non Catherina conjux Nobilis Christophori Koro;
wicki cū assistēn et autoritate eiusdem maritj sui pfati, vti tutor coniuga
lis, ad omnia infrascripta liberè consentiēn, successores olim Generosæ
Dorotheæ, filiæ olim Gnosi Alexandri Hniezna consortis demortuæ Gnosi
Joannis Wodynscki bonorumq3 morte eiusdē Gnosæ Dorotheæ Hniezanka
derelictor, mobiliū et imobiliū vtiū et veri hæredes, sani mente et corpo;
re existes, non compulsi nec coacti, sed animo bene deliberato, a foro et
iurisdictionibus suis quibuscūq3 Terrestribus proprijs et competēn recedēn, huic ve;
ro foro et iurisdictioni pnti Capitan Castri Drohic, quo ad actū pntis
instrumēti duntaxat tantū eiusq3 totalem effectū pertinet se cū bonis et
posteris suis omnibus incorporan et immisceran, palam publicēq3 recognoue;
runt, et quilibet eor suo ex interesse recognouit. Quia summam pecuniae
Sedecim milliū flor debiti per Gnosum Joannē Wodynscki a Hniezni
lesic in Kozeslin Sareck olim Gnosæ Dorotheæ Hniezanka filiæ olim Gnosi
Alexandri Hniezna consortis suæ vtriusq3, coram officio et Actis Liuensib. in;
scriptā, ac alias summas pecuniarias, si et in quantū per ipsū Gnosum Jo;
annē Wodynscka vel per quempiā aliū coram quocunq3 officio seu judicio
cuiuscunq3 Terræ, districtus, olim Gnosæ Dorotheæ Hniezanka recogni
tas quæ et quanta reperta fuerint, nullis exceptis, et super ipsos reco;

Gnosantes post mortē ꝓdicte Gnōse Dorotee Hinczanka ꝓcubiter defun-
cte uice naturali et diuino deuolut et ltmō spectau. Cum qtis et cum
omni iure suo desuper habitis, cumqs vniuersis vtilitatibus fructibus, prouen-
tibus et vniuersis cōmodis exnide prouenien, ac cū omni iure dominio pro-
prietate, propinquitate, cum tuitione ac conditionibus in eadem inscriptione
seu inscriptionibus debiti, ac debitor si que sint conten, latius in se canen, ni-
hil iuris, dominij, proprietatis ac vsufructuu ex eisdem iuribus sibi et su-
is successoribus relinquen, Magco Martino Leszniowolski de Oborzy Castel-
lano Podlachiae Capitaneo Losicensi, et eius successoribus cesserunt, demise-
runt, prout iam ex nunc cedunt, demittunt, inscribunt ac resignant perpe-
tuē et in euum. Quiqs omnia ips iuris ac inscriptionis debiti supcensi,
ti Sedecim milliū flor beneficia in eundem Magcum Martinū Lesnio
wolski de Oborzy Castellanū Podlachiae et eius successores transfundut
acuiternis temporibus. Et iam ipsi recognoscen cōmemorato Magco Mar
tino Leßniowolski Castellano Podlachiae dant realem intromissionē et a-
ctualem ac pacificam possessionem in hoc ipsū suis inscriptionis debiti seu in-
scriptiones debitor per minialem Terrem Drohic vel gnalem Regni
quemcunqs iam ex nunc ab officio prīncipi additum et deputatū ad mitte-
mittenq. Quam summā debiti Sedecim milliū flor ac alias summas pecu-
niarias, si quae reperte fuerint, vigore ips iuris cessi, ac demissionis et
inscriptionis originalis super eiusmodi summā Sedecim milliū flor ali-
asqs summas pecuniarias cū suis posteris, tenebit, habebit, et eis sumis vti-
fruetur perpetuo et in euum. Nec debent ꝓdicti recognoscen et eor

posteri cõmemoratũ Dñm Martinũ Lesnowolski Castellanũ Podla-
chiæ et eius successores in pdicta suma Sedecem millium flor ac alijs sumis
si que reperte fuerint, ac uice eidem demisso et cesso quouis modo tam
in parte minima quã in toto minuciarie imo ab omnibus inscriptionibus priora-
bus et posterioribus aliqui personaꝝ per ipsos recognoscẽ facꝫ et faciẽ
ac ab omni impetitione iuridicã et extrauridica, tueri, defendere, euince-
re, eliberare, Sub vadio simili Sedecem millium flor ꝙꝝ numeri Po-
lon Lro quo quidem vadio vel vadijs ex quacunqꝫ re et causa ac
conditione in inscroño prẽnti descripte non explet' iacebit. si se pfati
recognoscẽ cum suis posteris ad officium seu judiciũ Capitan Cestren
Drohic citare et euocare permiserint, ex tunc citati existẽ cũ suis succedẽ-
ribus cedẽ et se cum bonis et posteris suis omnibus renunciañ foro
Terri et alijs iurisditionibus quibuscuis competẽ) coraꝫ illo officio seu Ju-
dicio Capitanali ad quod citabitur, cui se cum bonis et posteris suis omni-
bus, quo ad respondendũ et sese in toto iustificañ incorporat personalibꝫ
suis recognitionibus pfati recognoscẽ inscribunt et obligant, et suos succe-
res ad id faciẽ onerat, in primo citationis primæ termino tanquã perẽpto-
rio, quem et alios terminos eidem subsequẽ sibi et suis successoribus semp
peremptorios faciunt, stare, parere et respondere, rei decretæ satisfacere
ab officio illo ad quod pfati recognoscẽ citati fuerint non discedẽ, si ve-
ro in illo termino primo tanquã peremptorio nõ paruerit ex tunc in lucro
condemnari debebunt, nullis modis nec cautellis, ingenio et industria
hominũ excogitat' et adinuentis. Neqꝫ vllis dilationibus pro maiori

ad munimenta, ad quietationē nisi forte ad dicta castrenſ Dyocesien, Con
uentionibus gnāli et particulari, laudis nouis et antiquis, Constitutionib. Con
federationibus, leīb Regijs, decretis ni ſimili lat tam Regie Dñōs quā
Judicijs Tribunal Regni, ſeruitio Reipub. legationibus extra et intra
Regnū expedītione bellica, incurſione dostiū incompetēſ officij ſeu Judicij, va
cantia Judicijs preſcriptionibus, fatalijs iuris et facti remedijs, neqs legali;
bus impedimentis, vt pote peſte, fame, bello, vera vel ſimplici infirmita
tibus, intempeſtatibus, aquarū diluuio, ruptura pontium, ignorantia cita;
tionis vel citonū et totius proceſſus, ſera et intempeſtiua mortalina;
taqs poſitione citationis et iniuridicē ſcript, mala in lucro condemnatio;
ne euidemqs arreſto - Ipsū primū terminū et alios eid ſubſequēſ quouis
modo euadēſ, et cullos demqs defectus inſeroni prēdi ac citonibus ad eā;
dem obtinēſ obiciēſ. Abrenunciāſ ſe inſuper cū ſuis poſteris omnibus
appellationibus, motionibus, et de proſequutione earumqs et de grauamine ſeu
nō delatis protestationibus, citationibus ſeu adcitationibus ad eaſdē ema;
nat ac de male obtent proceſſu, actionibus tam cōn partem quā et offi;
cium ad quod tracti cū ſuis poſteris eſſent, intentat et intentandē, exceptioni;
bus omnibus fratorijs et iuratorijs, et ea exceptione conſueta ſese tutan
dē euadēſ vadiū volo inſeroni ſatiſfacere, Nec ea quod nemo ad impoſſibilia
ſuccedores ſuos obligari poteſt, neo his nec alijs quibuscuis die nō expreſ;
ſis nec ſpecificat quae pro expreſſis et ſpecificatis habere volunt, imo
quidcunqs ſibi et cauſe ſue in ſubſidium aſſumere voluerint, earūqs ſuccedo
aſſumpſerint, eo ipſo cauſam ſuā amittere debebunt, hoc eſt vadiū pati et

soluere. Quo et quibus solutis et in exequutionē deducti vltiꝰ miserōni prēnti et omnibus in ea content satisfacere debebunt et tenebuntur nulla ni pmissa p̄sonē Terre obstāt totiens quoꝺ opus et necesse fuerit, vnā cū admissione p̄missoꝝ rescripto ex bis q̄ds recepto ad q̄cta Terrie Drodie aut alia quæuis autentica transferen et transducen absentia sua et fatalibus quibuscuis non obstan. Ex q̄dis Capitan Castrn Drodie recptum. Quā quidē p̄sertim miserōnis transportationem nos suscipi et q̄dis Cancellarie nre miscribi iussimus. Volen vt robur suum iustū et debitum semp et vbiqꝫ obtineat. In cuius rei fidem &c Datꝫ Cracouie die duodecima Julij Anno dñi Millesimo quingentesimo Octuagesimo Octauo Regni nri primo

Regio Sigli ad &c ut sup.

Idem transportat,

vlj. Sigismundus tertius &c Significamus &c Quia constitutus personaliter coram nobis et q̄dis Cancellarie nre Gnosus Martinus Leszniowol ski de Oboryj Castellanus Podlachie et Capitaneus nr Latonien et Loszicen, a iure et iurisdictione sua quauis competen recedēn, et se cū bonis ac succesoribus suis quo ad actum p̄sentē, iurisdictioni nre prēnti incorporan, sanus mente et corpore exns, non compulsus nec coactus sed sponte ac vltro recognouit. Quia ille habita ab infrascriptis personis Sup p̄sentia facien concessione inscriptione infrascriptā condescensoriā seu transfusoriā sibi per Gnosā olim Dorotee filie olim Gnosi Alexandri Hniezna consortis vere Gnosi Joannis Wodynski successores, bonorūqꝫ

eiusdem olim Dorotee omniu bonoꝝ facꝰ ad qꝫ cancellariaꝫ nraꝫ
pntia transfert et transportat. Cuius inscriptionis tenor sequitur et est
talis. Actum in Castro Regio Drohic Sabbato post festum Sancti
Marci in Autumno, Anno Domini Millesimo quingentesimo Octogesimo
Sexto. Coram officio Capitanj Gnosi Matthia Lobikowski Vicecapi-
tanei Castrenj Drohic, Comparens personalr coram officio et adhibitis presen-
tibus Capitanj Castrenj Drohic Generosa et Nobilis Anna Oleszinska
relicta olim Gnosi Stanislai Oleszinski Succamerarij Drohic, Zophia re-
licta olim Nobilis Nicolai Kuzel, Petrus, Martinus Smorzewscij nec
non Zophia consors Nobilis Joannis Kossek cum assistenia et autoritate eius-
dem mariti sui pfati, vti tutoris coniugalis ad infrascripta liberè consentien
nec non Caterina consors Nobilis Christoferi Korowicki, cum assistenia et
autoritate eiusdem mariti sui pfati vti tutoris coniugalis, ad infrascripta
liberè consentien successis olim Gnosae Dorotee filiae olim Gnosi Alexan-
dri Hinczy consortis demortuae Gnosi Joannis Wodynski, bonorumqꝫ morte e-
iusdem Gnosae Dorotee Hinczanka derelictoꝝ mobiliu et immobiliu Omni
et veri Juristi, sani mente et corpore existens, non compulsi nec coacti, sed
animo benè deliberato, a foro et iurisdictionibus suis quibuscuis Terrestribus propriis
et competentibus recedens, huic vero foro, et iurisdictioni pntis Capitanj Castri
Drohic quo ad actu pntis inscriptionis duntaxat tantu eiusqꝫ totalem
effectu pertinet se cu bonis et posteris suis omnibus incorporan et immise-
ran, palam publicqꝫ recognouerut, et quilibet eorꝫ suo ex interesse recogno-
uit. Quia summa pecuniae Triginta vnius sex milliu florenorꝫ numeri

Polon' per Gn̄osum Joannem Wodynski a Gliedzilesie m̄ Kuzelino et
Jareg olim Gn̄ose Dorotee Hmizanka filie olim Gn̄si Alexandri
Hmizka consortis suae ltmr, modo et iure reformationis in medietate
bonorū suoz Kuzelin, Lissowiese et aliorz olim in inscriptione euismodi
reformatoria descriptoz inscriptā, Donagz oia inmobilia et mobilia euismo-
di reformationis subiecta, et sup ipsos recognoscen post mortem eiusdem
olim Gn̄ose Dorotee Hmizanka sterulitez defunct, vigore iurisq natu-
ralis devolut Cum actis et cū omni iure suo desup habit, cumq uni-
uersis vtilitatibus fructibus, prouentibus, et vniuersis comodis exinde
pueniē, ac cū omni iure dominio, proprietate, propinquitate, cū tuitione ac condicio-
nibus m̄ eodem iure reformationis si quae sint, contentis latius in se tanen
nihil iuris, dominij, proprietatis, ac vsufructuū ex eisdem iuribus ac bonis
pdict sibi et suis successoribus relinquen Magō Martino Leszniowolski
Castellano Podlachiae Capitaneo Losicensi et eius successoribus, cessit, demi-
serut, prout iam ex nunc cedunt, demittūt, inscribunt, ac resignāt perpetuē
et m̄ aeuum, aliagz oia ipsis iuris ac inscriptiōm reformationis beneficia, bo-
norumq dominiu ac vtilitates vniuersas in eund Magcum Martinū Le-
szniowolski de Oboryj Castellanu Podlachiae et eius successores transfundunt
perpetuis temporibus _ Et iam ipsi recognoscentes memorato Magco
Martino Leszniowolski de Oboryj Castellano Podlachiae, dant realem
m̄tromissionē, et actualem ac pacificam possionem tam in bor ipsū iuris seu
inscriones reformationis sumamq pdictā quā m̄ bona pdicta eidem re-
formationi subiecta per m̄nadem Terrenū Drohic vel gnālem Regni

quemcunqꝫ iam ex nunc ab officio prēnti additum et deputatum ad intromit-
tendum. Quæ bona et summā pdictā cōmemoratus Magnus Martinus
Leßniowolski de Obory Castellanus Lodiacie rigore ipsius uiris ces-
si ac demissionis et inscriptionū originaliū reformationis, cum suis posteris
tenebit, habebit, et illis utifruetur perpetuò et in euum, vel alioquin vsqꝫ
ad exemptionē eius vel successorū ipsius faciēn) Nec debent pdicti recog-
noscēn et eorū posteri cōmemoratū Magnum Martinū Leßniowolski
de Oboryj Castellanū Lodiacie et eius successores in pdict bonis
ac iure eid demisso ac cess quouis modo tam in parte minima quā in to-
to inūiriari, seu pacificā possionem tam per se quā per submissas alias quas-
uis personas ppedire et inūiriari, imo ab omnibus inferioribus prioribus et
posterioribus alicui personarū per ipsos recognoscēn facte et faciēn, ac ab
omni impetitione iuridica et extrauiridica omniū et singularū personarū, sexus
et status vtriusqꝫ per omnes ꝓscriptiones Terrē, prout ad quamlꝫt
personā Terris præscriptio de iure spectat, et pertinet, tueri, defende-
re, euincere, eliberare, sub vadio Triginta sex millium flor pecē numeri
Polonie in quemlꝫt flor per triginta gross Polon computando, et numerān
Pro quo quidem vadio vel vadijs ex quacunqꝫ re et causa ac conditione
in inscriptione prēnti descript non explet succubit, si se pfati recognoscēn
cū suis posteris ad officium seu Judicium Capitān Castren Prodic citare
et euocare permiserint, ex tunc citati exentes cum suis successoribus (exce-
ptēn et se cum bonis et posteris suis omnibus renunciando, foro Terrii et a-
lijs uiris donibus quibuscunqꝫ competēn) coram illo officio seu judicio Ca-

pitaneali ad quod citabitur cui se cũ bonis et posteris suis omnibus quò ad
respondendũ et stare in toto iustitiã incorporãt personalibus suis recogni-
tionibus pfati recognoscẽ inscribunt et obligãt, se et suos successores ad id
faciendũ onerant, in primo citationis primo termino tanquã peremptorio, quẽ
et alios terminos eis subsequẽs sibi et suis successoribus semper peremptorios
faciunt, stare, parere, respondere, rei decreta satisfacere, ab officio illo ad
quod pfati recognoscẽ citati fuerint, nõ discedendo. Si verò in illo ter-
mino primo tanquã peremptorio nõ paruerint, ex tunc in lucro condemnari de-
bebunt, nullis modis nec cautellis ingenio et industria hominũ excogi-
tatis et adinuentis. Neqs collis dilationibus pro maiori ad munimenta
ad quietonem nisi forte ad dcta castrẽ Drosie, conuentionibus gnali
et particulari, laudis nouis et antiquis, constitutionibus, confederationibus
his Regijs, decretis in simili lat tam Regie Dñe quã Judicioy Tri-
bunalis Regni, seruitio Reipub. legationibus extra et intra Regnũ, expedi-
tione bellica, incursione hostiũ incompetẽ officij seu judicij, vacan Judicioy
pserõnibus, fatalijs et facti remedijs, neqs legalibus impedimentis, vt
pote peste, fame, bello, vera vel simplici infirmitatibus, intempestatibus
aquarũ diluuio, ruptura pontiũ, ignorantia citationis vel citorum et totius
processus, sera et intempestiua mordiatagz positione citoris et minus dicẽ
scripte, mala in lucro condemnatione, cuiusdem arresto. Jpsũ primũ terminũ
et alios eis subsequẽs quouis modo euadẽ, nullos deniqs defectus in
sequendi pntibus ac citationibus ad eand emanat processus ad eam obtinẽ
objicien. Et renunciando se insuper cũ suis posteris, omnibusqs appel-

lationibus motionibus et de prosequutione earund et de grauamine seu non
delat protestationibus, citonibus seu adcitonibus ad eosdem emanat, ac de male
obten processu, actionibus tam contra partes quã et officiũ ad quod tractã cũ
suis posteris essent, intentat et intentan, euasionibus omnibus tractatoriis et
iuratoriis. Nec ea exceptione consueta sese tutan, euadẽn vadiũ volo ni
seroni satisfacere, Nec ea quod nemo ad impossibilia successores suos obligare
potest. Nec his nec alijs quibuscũq die non expressis nec specificatis, quae
pro expressis et specificatis habere volunt, imo quidcunqs sibi et causae
suae in subsidiũ assumere voluerint, eorũqs successores assumpserint, eo ipso
causã suã amittere debebunt, hoc est vadium pati et soluere, quo et quibus
solut et in exequutionẽ deduct vtiqs inseroni prenti et omnibus in ea cõ
tent satisfacere debebunt et tenebuntur, Nulla in premissis pserone Ferri
obstan tibus quos opus et necesse fuerit. Quam quidem inseronem prẽtem
praedicti recognoscen ipsi Magco Martino Lesniowolski de Oboxy Castel
lano Podlachiae admiserunt rescripto ex his actis Castri Drohic recep
pto ad acta Feriã Drohic aut alia quaeuis acta Regni authentica trans
ferẽn et transducend. Ex actis Capitan Castri Drohic exptum. Qua
quidẽ priserie inscriptionis transportationẽ nos admisimus, ac rata habẽn
in acta Cancellariae nrae inscribi iussimus. In cuius rei fidem et Datã Cra
couiae die duodecima mensis July. Anno dni Millesimo quingentesimo O
ctuagesimo Octauo. Regni nri primo.

Nihil Hendi. et vt sup.

Woscima conseruat in poison

molendini Krzepic Zaia dict

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos ad intercessionem nonnullorum Consiliariorum Regni nri, et ex gratia clementiaq; nra Regia Nobilem Joannem Woszyna famati olim Bartolomei Woszyna ciuis Krzepicen filium, in vsu et possessione Molendini sub Arce Krzepicen in fluuio Nstwarda sit Zaia vulgo appellat per parentem ipsius de nouo extructi et edificat relinquend et conseruan esse duximus, vti quidem relinquimus et conseruamus p̃ntibus lr̃is nr̃is, Quod quidem molendinum p̃fatus Joannes Woszyna cu omnibus vsibus fructibus, censibus reditibus, attinen et pertinen et gnali obuentionibus vniuersis ad id ex antiquo spectan et pertinen, ita circumferentialiter, prout a p̃nominato olim Bartholomeo Woszyna parente illius possidebatur, tenebit, habebit, possidebit, eoq; ad extrema vitae suae tempora vtifruetur, De quo Molendino onera et pensiones debitas ad Arcem Krzepicen quotanis dari solitas, dicte Joannes Woszyna pendere quoq; erit astrictus. Promittin pro nobis et Nr̃is successoribus nr̃is, non esse nos eum ipsu Joannem Woszyna quam diu dixerit possone et vsufructu Molendini p̃fati, etiamsi id nra vel Reipub. aliqua necessitas ardua postulauerit, priuaturos seu redempturos, aut alicui priuandi redimendi potestatem daturos, neq; Nr̃i successores nr̃i idipsum facturi, faciendiue cuiquam potestatem daturi sunt. Eo porro ex hac vita sublato, non prius successores ipsius a possone dicti molendini amouebuntur quã Summa originalis in eodem molendino Ame inscripta, illis fuerit Ame persoluta. Juribus nr̃is Regalib. ibidem semper saluis manen, In cu-

ius rei fidem &c Datt Cracouiæ die duodecima mensis Julij. Anno domini Millesimo quingentesimo, Octuagesimo Octauo. Regni nri primo.

Sigismundus Rex.

Consens. M. Barb. Dembinska cedeñ bonis Varta filio suo dat

Ex.

Sigismundus &c Significamus &c Nos ad interæssionē nonnullorū Consiliariorū nrorū ac ex gratia benignitatęs nrā Regia consensisse ac permisisse, consentireq̄ ac permittere hīs prēntibus Magcæ Barbarae Goslawska de Debelno, Magci olim Valentini Dembinski Castellani Cracouiēn relictæ viduæ vt possit et valeat, ui-re suo aduitalicio possessionęs bonorū nrorū Regaliūm Oppidi Varthā omniumq̄ ad id pertinentiū, in personam Gnosi Hieronymi Dembinski filij sui, ad quæ quæuis autentica Regni nri cedere et condescendere. Atq̄ ea quidem essio postea quā ad effectū suū debito modo deducta fuerit, tum demū præfatus Hieronymus Dembinski consensus nri prētis et essionis istius vigore, bona nrā præfata vniuersa, cū omnibus eorū fundis, prædijs, curijs, colonis, censibus, fructibus, vtilitatibus, prouentibus, redditibus, obuentionibus, emolumentis, attinen pertinencq̄ ad ea bona tēmē ex antiquo spectantibus, nullis penitus exceptis, pro nobisue aut alio quopiā reseruatis limitibus quibus ex antiquo sunt inclusa et compræhensa et quemadmodū ab ipsa Magca Barbara Dembinska nunc tenentur, habebit, tenebit, quietēq̄ et pacifice possidebit, illisq̄ vtetur ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimusq̄ verbo nrō Regio, nostro et successorū nrorū nomine, neq̄ nos neq̄ sucᵉ

dores nros dictum Hieronymum Dembinski, donec in Sumanis egerit, a possessione et usu bonorū p̄dictor amoturos aut redempturos, neq; cuiquā eius rei potestatem facturos. Verum ijdem Hieronymus Dembinski ratione p̄ntis aduitalitatis quartā sumā principalis in ysd bonis inscriptae partem iuxtā p̄scriptū et declarationē constitutionis in proxumo futuris Coronationis nra conuentu eam in rem edita, nobis et Reipub. condonare et remittere tenebitur. Demum vero eos Hieronimo Dembinski è viuis sublato, nō prius ipsius ltmi successores, nobis aut successoribus nris possessionē bonor p̄dictor cedere astricti erūt, quā primū residua pars quae ibis superfuerit, illis fuerit persoluta et reposita. Juribus ibidem nris et Reipub. semper manen̄ saluis. In cuius rei fidem &c Datū Cracouiae die tredecima mensis Julij. Anno domini Millesimo, quingentesimo, Octuagesimo Octauo. Regni nri primo.

Sigismundus Rex.

Illr Eduardo Fortunato & Gostao Brahe, metallor ois & singlis in babia gora pquirend concessio,

In nomine Domini, AMEN, Ad perpetuam rei memoriam. Quum nerib esse Regij partes nemo nō intelligit, ita populis et Regnis sibi subiectis praesse, vt cōmoda eor nō negligat, imo ea vbi maxime possit augeat et amplificet. Proinde nos Sigismundus terbus &c Notum esse volumus vniuersis et singulis quor interest aut in posterū interesse

Quod cum ꝓspiceremus magnas non solum fisco nrō Regio, sed vniuersis fere sub-
ditis atq; adeo Reipub. accessiones fructusq; prouenire posse, si Thesauri ui-
sceribus venisq; terrae prouidentia naturae conditi, usibusq; hominū destinati
industria ingeniosq; et labore eorum inuestigentur, ꝓpolīantur, atq; ita ad
usum hominū accōmodentur. Cum aūt metallor m Regno hoc nro copiam inue-
nīri posse intelligamus, modo si reperiantur qui industria sumptuq; addibito
negotium hoc suscipere et tractare vellent. Proinde nos cū publicae omniū uti-
litati hac in parte deesse nolimus, imo vero oīa quae ad eam pertinēt tempo-
re faciliꝰ regiminis nri quā maxime illi affluere cupiamus, cum ꝓter id ultro
nobis atq; adeo Reipub. huic operam suā eam ad rem Illustris D. Eduar-
dus Fortunatus Marchio Badensis Comes in Spanheim consanguineus noster
charissimus et Illūis et Magcus Gostaus Trabe Comes Visingsburgen et
Baro Luitholmen offerent, sese q; eum labore et sumptu suscepturos pollicren-
tur, conatu hoc illor probato faciendū nobis esse censuimus, ut ꝓfato
Marchioni et Comiti eorumq; haeredibus ac successoribus et his omnibus quoscūq;
in societatem sibi assumserint et adlegerint, quorū nomina et cognomina his pro
expressis haberi volumus, plenam et perfectā facultatem ac potestatē dare;
mus et conferremus. Vt quidē iam damus et conferimus his siue nris
ut possint et valeant libere ac tuto sine ullius hominis impedimento mine-
ras seu metalla auri, argenti, cupri, stanni, argenti viui, plumbi, chalybis, ori-
chalci, ferri, sulphuris, aluminis, vitrioli, cinobri montani, lapidis calami-
naris penitusq; omnis generis metallor et minerarū, Thesaurorūq; om-
subterraneor nullis omnino exceptis in montibus, campis, sylvis, nemoribus aq;

cultis et incultis, pratis, torrentibus, aquis, fluuijs, vallibus, ciuitatibus, oppidis
villis, alijsq; omnibus bonis et fundis locisq; iuris nri Regij, præsertim
vero in monte et circa montē vulgo Dabia gora dict in præfectura nra
Landskorunen existen, nec non subditos nros tam secularis et spiritualis
status, conditionis, dignitatis et eminentiæ cuiuscunq; hæreditatibus, iure tm
illoz salvo et consensu ab ijs requisito et obtento, perquirere, indagare, scru-
tari et inuestigare, terrā aperire, puteos fodere, ruinosos et desertos
